



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

VII. Habeatne Papa temporalem iurisdictionem?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

stat querentibus Fidei Veritatem.

5. Neque secus docuit haec tenus experientia. Omnes enim ceterae Sedes Patriarchales ab hereticis, quin & haec resiarchis aliquando contigit adulterari; Romanam vero nunquam.

### QVÆSTIO VI.

Fasne Papæ condere leges in conscientia obligantes ad culpam ac pœnam?

### XIII. ANTICHRISTIANISMVS.

VTHERO-CALVINISTÆ negant. Sed cum priscis hereticis. Vide Lutherocalvin.par. 2. q. 19.

CHRISTVS. i. Dixi, Matth. 16. Quodcumque ligaueris, &c. Atqui ligare non solum est retinere peccata indissimilata; sed etiam ferre leges: prout declaro, Mat. 23. Alligant onera grauia & imponit abilia, sc. Præceptorum. Ita S. Hieron. in c. 18. Mat.

2. Deinde: Promissum Mat. 16. praestiti Petro, Ioan. 21. Pascere oves meas. nō pœna, reg. & potestatis vocabulum est; cuius est ferre leges.

3. Adhæc, Ioan. 20. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. sc. cum omni potestate etiam ferendi leges: Proinde Lu. 10. Qui vos audit, me audit, &c. Ita S. Cyprian. li. 4. ep. 9. Basil. in Const. Mon. ca. 23.

4. Quo rectius, i. Cor. 11. Laudo vos, quod præcepta mea tenetis. i. Thes. 4. Scitis, que præcepta dederim vobis. Qui haec spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui S. Spiritum suum nobis dedit. Sic & 2. Thes. 3. Qui non obedit verbo nostro, ne committet eam in illi.

### QVÆSTIO VII.

Habentne Papa temporalem Iurisdictionem?

### XIV. ANTICHRISTIANISMVS.

VTHERO-CALVINISTÆ Nullam in seu Dominia, seu Principes, iure vlo diuino tribuunt Papæ. Neque licuisse Papis & Episcopis, aiunt, dominia acceptare. Vide Lutherocalv. p. 2. q. 21.

CHRISTVS. Cum, Ioan. 18. regnum meum non est de hoc mundo; et si Rex cœlorum natus fuerim: Cum Rex eligi fugerim; Ioan. 6. Cum vere paupere fuerim volens: Cum Scripturas, quibus Rex appellor de spiritali regno accipi oporteat: Cum sine orbis imperio finem assequi spiritale valuerim, orbemque redimere: idcirco regna non eripui mortalia, qui cœlestia dabam, At, Ioan. 20. Sicut misit me Pater; sic & ego mitto vos in primis Petrum eiusque successores Papas; Vicarios meos quia Homo sum, non qua Deus. Quare nec ad Papas iure diuino directè habere temporalem voluntate potestatem.

II. Indirectè tamen, ad maius bonum spiritale, Dominium orbis habet. Sic Petro dedi, Ioan. vlt. triplicem potestatem; Arcendi lupos infideles; Coercendi arietes tyrannorum fidelium, & Pascendi oves. Consule meum Lutherocalv. p. 2. q. 21.

### QVÆSTIO VIII.

Quis, qualisque Antichristus erit?

### XV. ANTICHRISTIANISMVS.

VTHERO-CALVINISTÆ, i. Antichristus idem est quod Vicarius Christi.

F

II. Est

